

**www.e-rara.ch**

**Thesaurus concionum sacrarum omnigenarum**

**Gross, Johann Georg**

**Basileae, Anno 1617**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-57590>

Ex I. Timoth.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Exinde autem hanc utilissimam A petimus nuthesiam:

*Quilibet verè Christianus promtè & libenter, quum hora mortis adest, mori debet.*

Hanc ipsam nuthesiam ita tractabimus, ut primò ejus necessitatem, deinde rationes, ex hoc Pauli dicto consideremus.

DE PRIORI.

Consuetudo.

Necessaria est hæc nuthesia de promittitudine, secundum Dei beneplacitum, moriendi: 1. Quia præsentem vitam & mundum hunc ita diligimus, ut rebus affluentes secundis mori non cupiamus, imò nihil quicquam de morte audire velimus; in calamitatibus autem constituti, ex impatientia mortem experamus. *Jon. 4. v. 3, 8. 1 Reg. 19. 4.*

Natura.

2. Quia naturam mortem exhorrescimus, ut testantur exempla, imò & propria cujusque conscientia: *Pf. 6. 5, 6. Esa. 38. 1, 2, 3.* Nec est quod objicias exemplum Christi: *Matth. 26. v. 39.* Nam 1. metus Christi omnicauit peccato: 2. Non tantum cum terrorib. mortis corporalis luctatus est Christus, sed etiam cum terribili Patris irati judicio, quo nihil formidabilius cogitari potest.

DE POSTERIORI.

Quam necessaria sit nuthesia de promittitudine moriendi, audivimus, videamus nunc in hoc dicto Pauli, quod explicandum summus, rationes gravissimas, ob quas promtè ac libenter mori quenq; decet.

Rationum illarum quatuor occurrunt:

Ab exēplis.

I. Desumpta est à persona seu exemplo Pauli, qui Christi nomine etiā martyrium crudelissimum subire paratissimus erat.

Huc pertinent aliorum quoque fidelium exempla: *Gen. 25. v. 8. & 35. v. 29. Luc. 2. 29.*

II. A natura & proprietate mortis, A natura mortis.

quam Paulus hoc loco resolutionem esse docet. Verbum, quo utitur, tria significat: 1. Separationem seu solutionem animæ à corpore: 2. Dissolvere, aufspannen / ad portum & metam pervenire: 3. Solutio fune, quo navis retinetur, recedere, von land fahren: quæ duo posteriora, per egregiam similitudinem, de morte dicuntur. *Psal. 116. 16.*

III. A fructu mortis consequente: A fructu. per eam namque ad Christum adducimur, ut cū eo simus ac maneamus in æternum. *Luc. 23. v. 43.*

IV. A comparatione vita presentis A comparatione. cū morte: melior enim est mors placida, quàm vita inquieta: melius in Domino mori, quàm miseram agere vitam. *Sir. 40. v. 1. & 6. Roman. 8. 28. Exod. 14. v. 12.*

Porro, sic causæ quatuor enumeratæ ad promittitudinem moriendi impellere nos debent, ut interim tamen in hac vita crucem Christi, secundum voluntatem Dei, diutius bajulare parati simus. *Matth. 26. 39. Matth. 8. v. 2.*

Cum autem ad hanc ipsam promittitudinem naturam prorsus inepti simus, orandum nobis cum Davide, *Psal. 39. v. 5. & cum Mose, Psalm. 90. vers. 12.*



EX I. TIMOTH.

CONCIONIS UNICÆ Typus.

1 Timoth. 2. vers. 5.



CORPUS Apostoli est, adhortationem, de intercessionem seu precationem pro quibusvis hominibus, confirmare, argumento à duobus communibus relatis petito:

1. Quia

1. Quia omnium unus est Deus. A
2. Quia unus idemque est Mediator Dei & hominum.

Porro hic *Mediator* describitur, *partim* à prima parte status humiliationis, nempe ab incarnatione, dum *homo* dicitur, sc. factus, seu incarnatus: *partim* ab adjunctis propriis nominibus, quando *Christus Jesus* dicitur.

Utrumque Nomen officium Christi designat: *Christi* nomen designat officium propheticum, sacerdotale & regiū, ad quod Christus unctus est.

Nomen *Jesu* per se generaliter officium Christi denotat, significans Servatorem; specialiter tamen restringitur ab Angelo *Matth. cap. 1.* ad officium Christi sacerdotale: *Jesus* enim dicitur, quia populum suum, ceu sacerdos, à peccatis ipsius servare debuit, potuit, voluit.



## EX EPIST. IACOB.

## CONCIO UNICA.

Jac. 5. v. 15.

27. Novem.  
1610.

D gloriā Altissimi, inq; humilis ac resipiscens peccatoris consolationem, explicabo nunc posterius versus hujus membrum, hæc nimirum verba:

Et si peccata commiserit, remittentur ei.

Quæ ipsa verba sigillatim & ordinè ponderabimus.

ET, I. Particula ET, nos de eo admonet, sæpè infirmo hanc geminam gratiam à Deo præstari, ut & corporis vires, & mentis sanitatem, i.e. remissionem peccatorum, consequatur. *Matth. 9. v. 1. &c.*

Interdum verò vult Deus laborantem solā mentis sanitate contentum esse. 2 *Cor. 12. 9.*

II. Sequitur vocula SI, quæ non est dubitantis, sed consolantis: non enim dubitat Apostolus de eo, num quidam sint aut reperiantur qui non peccarint: *Job. 14. 4. Rom. 3. v. 23. Job. 8. v. 46.* sed hæc duntaxat sententia illius est: Infirmo, etsi is multorum peccatorum sibi conscius sit, non esse despondendum animum, sed ei solatio esse posse ac debere remissionem peccatorum suorum. 1 *Joh. 2. v. 12.*

III. Rectè intelligenda phrasis, Peccata committere, seu *ἀνομιὰς ἐναι* comiserit, *ἀνομιὰς*.

Peccare, & peccatum facere aliquando in S. Scriptura distinguuntur: aliquando promiscuè in eadem significatione communi accipiuntur.

Cum phrasæ istæ distinctas significationes habent: PECCARE generaliter significat, in suis actionibus à recta Legis divinæ regula deflectere, sive id fiat ex infirmitate & ignorantia, sive ex malitia.

PECCATA autem FACERE, est studio peccandi teneri, ex animo peccare, & peccati veluti artificium quoddam facit, etiam si opus externum actu nondum perficiatur: id quod proprium est reproborum. 1 *Joh. 3. v. 8.*

Rursus binæ phrasæ istæ promiscuè & cōmuniter accipiuntur, cum una per alteram explicatur: sic ut vel peccare idem sit, quod peccatum facere, seu peccare ad mortem. 1 *Joh. 3. vers. 9.*

Vel peccatum facere idem, quod peccare generaliter, quatenus id omnibus hominibus commune est, in qua significatione Ap. Jac. hoc loco phrasin peccata comittere, accipit.

IV. Cum